Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Et tunc Multitudo sonitus aquarum auditus est sonantium
in laudibus dei de missione filij in confessionibus peccatorum al de missione
in gemitu culparum / in orationibus / in gratiarum actionibus / qui
sonitus peruenit / quia vocem dederunt nubes .i. predicatores
per orbem terrarum / in omnibus gentibus predicando
christum
vere dederunt vocem suam Ad te .i. quia sagitte tue
o deus .i. voces predicatorum tuorum corda fidelium tuorum medi
cinaliter penetrabunt ad salutem et vox ipsa predicationis
apostolorum que sonui et fulgurum et tremorem humanis pectoribus
infundebat totius orbis arcium et ambitum cinxit
vnde sequitur
Illuxerunt per apostolos diuina precepta veritatis lumen
irradiantia coruscando miraculis que tenebras hominum
per totum mundum salutari illuminatione fugauerunt / vnde commo
ta est terra .i. homines ad conuersionem et contremuit ad
agendam penitentiam per petrum eos autem dicit commotos et treme
factos qui verbum dei fideliter audientes ad conuersionis studium
christi munere puenire meruerunt
Et per nos apostolos sit operantes In mari gentium via tua
nunc / que diuum erat in iudeorum populo / et precepta tua recep
ta sunt a plurimis populis gentium / et tamen vestigia tua
sunt penitentia tua corporalis doctrina / miracula non sunt ab infide
libus iudeis ~~agnita~~ ~~cognita~~ vestigia p. i. penitentia
Cum tamen Adduxisti illum populum quondam tuum de
egipto admodum diuum in manu moysi qui fuit dux
populi / et aaron quem preficisti tu deus sacerdotem
omni populo

Psalmus septuagesimus septimus In quo monet
populum ne sit ingratus de diuinis beneficijs

Vox dei qui per moysen legem dedit hebreis